



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber**

**Luther, Martin**

**Vuittemberge, 1521**

**VD16 L 7151**

Vigesimo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33333**

Quod tamen non satis sit, sed inter id etiā præcipitur, vt nomen eius colamus, inuocemus, prædicemus & laudemus. Nec reuera possibile est nomen dei non irreuerenter haberri vbi non vere co-  
litur. Quāuis enī ore, genuum flexione, oculatōne, vel alijs ges-  
tibus honoratur, tamē si hoc non sit ex corde per fidem in fidu-  
cia erga deum, nihil tamen est nisi species & color hypocritos &  
simulationis. Nunc vide, quā multiplicia bona opera possit hō  
in hoc præcepto om̄ibus horis facere, & nunq̄ sine bonis opib⁹  
huius præcepti esse, si velit, vt certe non habet opus longe pere-  
grinari, aut loca sancta visitare. Dic ergo, quod nam momentū  
transmitti possit, quo non sine intermissione, vel bona dei acci-  
piamus, vel malas aduersitates patiamur? Quid aut̄ sunt dei bo-  
na & aduersitates alius? quā perpetuę admonitiones & prouoca-  
menta ad dei laudandum, colendum, & benedicendum, eumq; & eius  
nomen inuocandum? Itaq; etiam resū om̄iū vacuus & feriatus,  
nonne satis habetas negotij in hoc vel vnicō præcepto, vt deum  
perpetuo benedicas, cantes, laudes & colas? Nam ad quid aliud  
lingua, vox, idioma, & os cōdita sunt? vt est in psal. 50. Domine  
labia mea aperies, & os meum annunciat laudem tuā. Item, La-  
bia mea laudabunt te. Quid enī in cœlo est operis nisi huius se-  
cundi præcepti? Ut legiūr psalmo. 83. Beati qui habitant in do-  
mō tua dñe, in secula seculorū laudabūt te. Sic David in psalmo  
33. Semper laus eius in ore meo. Et S. Paulus. 1. Cor. 10. Siue ergo  
manducatis, siue bibitis, vel aliud quid faciatis omnia in gloriam  
dei facite. Itē ad Coloss. 3. Omne quodcūq; facit in verbo aut  
in opere, om̄ia nomine dñi nostri Ihesu Christi agite, gratias agen-  
tes deo, & patri per ipsum. Quod si hoc opus obseruaremus, hic  
in terris regnum celorum haberemus, sed & semper satis superq; qđ  
ageremus, sicut & beati in cœlo.

## VIGESIMO.

¶ Hinc venit admirabile & iustū dei iudiciū, quod interdum  
inops & pauper homo, quē nemo respicit, multa & magna opa  
secum habeat, & domi suę & secū vel deum hilariter laudat, in re-  
bus secundis, vel in aduersis plena cum fiducia inuocat, in eo ma-  
ius & acceptius faciens opus, q̄ alius multū ieunans, orans, tēpla  
condens, peregrinans, & hic & alibi fese multis operibus defati-  
gans. Hic enī eidem sit fatuo, vt oscitē relpiciens ad magna opa,  
ita prorsus coecus, vt hoc tam magnū opus nunquam obseruet.  
Ut deum laudare in eius oculis paruit si opus, p̄e magnis ima-  
ginibus excogitatis p̄p̄rijs operibus. In quib⁹ fortassis seipsum  
plus quā deum laudat, vel saltem voluptatem ex illis capit ma-

lorem quā in deo, & ita bonis operibus secundū p̄ceptū dei & eius opera oppugnat. Sicut phariseus in Euāgelio & publicanus horum omniū figuram exhibent. Nam peccator in suis peccatis deum intucbat, & laudabat, tangens duo summa p̄cepta, fidē & dei honorem. Phariseus uero neutrū horū assēcius sese ostētabat in alijs bonis operibus, quibus non in deo, sed semetipso gloriabatur, magis in seipso quā in deo confidens. Quapropter hic merito reiectus, & ille electus est. Quod torum facit, quod q̄ sublimiora & meliora sunt opera, eo minus splendent. Ad hęc quod vnuſquisq; p̄sumit lese opera facile facturum. Cernim⁹ enim neminem adeo simulare sese dei nomen & gloriam laudare, vt eos qui hoc nunq; faciunt, & eo opere quando cor sinefis de est, p̄cioso operi contemptum conciliant. Ita vt sanctus Āpostolus Paulus non dubitarad Ro. iij. libere dicere, eos potissimum dei nomen blasphemare, qui se de legi dei iactitant. Nā nomen dei nominare, & honorem eius papyro & parieti inscribere, facile factu est, sed ipsum exanimō laudare, & benedicere in eius benefactis, & constanter in omnibus aduersitatibus inuocare, hęc sane rarissima, & summa omnium operum post fidem sunt. Adeo, vt si videre liceat quam pauci sint horum in repu. Christiana, possemus p̄c calamitate mori, interim tamen semper crescentibus sublimibus pulchris, supernitidis operibus ab hominibus excogitatis, quę his veris operibus colore sint similia, intus vero & in fundamento omnis & fidei & fiducię expertia, & quę nihil prouersus habeant boni. Ita reprehendit Isaías xlviij. populum Israelem, Audite hęc domus Iacob qui vocamini nomine Israhel, & de aquis luda existis, qui iuratis in nomine Domini, & Dei Israhel, recordamini non in veritate, necq; in iustitia. Hoc est, q̄ hęc non vere in fide & fiducia faciebant, quę vera est veritas & iustitia, sed confisi i seipsis, sua opera, & suas vires. Dei tamen inuocabant & laudabant nomen, quę non conueniunt.

### VIGESIMOPRIMO.

¶ Primum ergo opus huius p̄cepti est, Deum laudare i omnibus suis beneficijs, quę in estimabiliter multa sunt, ita, vt huius modi laudis & gratiarum actionis merito nulla, necq; itermissio, neq; finis esse debeat. Nam, quis eum possit perfecte pro naturali laudare vita, vt taceam pro omnibus temporalibus & semper terminis bonis. Ita est homo hoc vnico capite huius p̄cepti bonus & p̄ciosis operibus obrutus & accumulatus. Quibus si versatur fide, sāne non frustra hic fuerit. In hac autem re nemo mortalium vehementius peccat speciosissimis sanctis, sibi ipsis

C iiij